

## Moreschini Handout

1.

### Asclepius

Gratias tibi summe,  
exsuperantissime;  
tua enim gratia tantum sumus  
cognitionis tuae lumen consecuti,  
nomen sanctum  
et honorandum, nomen unum,  
quo solus deus est benedicendus  
religione paterna,  
quoniam omnibus  
paternam pietatem et  
religionem et amorem et  
quaecumque est dulcior efficacia,  
praebere dignaris condonans  
nos sensu, ratione,  
intellegentia: sensu, ut  
te cognoverimus;  
ratione, ut te suspicionibus  
indagemus; cognitione,  
ut te cognoscentes  
gaudeamus. Ac (hoc *al.*) numine  
salvati tuo gaudemus,  
quod te nobis ostenderis totum;  
gaudemus, quod nos in  
corporibus sitos  
aeternitati fueris consecrare  
dignatus.  
Haec est enim humana  
sola gratulatio,  
cognitio maiestatis tuae.  
Cognovimus te  
et (*o congettura di Scott*) lumen  
maximum solo intellectu  
sensibile;  
intellegimus te, o vitae vera vita,  
o naturarum omnium fecunda  
praegnatio; cognovimus te,  
totius naturae tuo conceptu  
plenissimae [cognovimus te *del.*  
*Reitz.*]  
<patris generantis *Koenen*>  
aeterna  
perseveratio. In omni enim ista  
oratione  
adorantes bonum bonitatis tuae  
hoc tantum deprecamur,

### PLouvre n. 2931

Ti rendiamo grazie con tutta  
l'anima e con tutto il cuore rivolti  
verso di te, nome inesprimibile e  
onorato dal titolo di 'dio' e  
benedetto dalla santità (*hosioteti*:  
integrazione di Preisendanz) di dio  
perché verso tutti gli uomini e le  
donne (*pasas*: correzione di  
Reitzenstein) paterna benevolenza  
e amore e amicizia e dolcissimo  
operare (*energheia*) tu mostrasti,  
donandoci nous, logos, gnosi: il  
nus, perché ti pensiamo, il logos,  
perché ti invochiamo, la gnosi,  
perché ti conosciamo. Esultiamo,  
perché ti mostrasti a noi;  
esultiamo, perché con la gnosi di te  
divinizzasti noi, che eravamo in  
una creatura. L'unico grazie  
dell'uomo verso di te è il  
conoscerti. E noi ti abbiamo  
conosciuto, o vita della vita umana;  
ti abbiamo conosciuto, o grembo di  
ogni gnosi; ti abbiamo conosciuto,  
o fertile grembo nella generazione  
del Padre; ti abbiamo conosciuto, o  
eterna persistenza del Padre pregno  
della vita. E adorando di Lui  
siffatto dono, non ti abbiamo  
domandato nessuna grazia – se non  
che tu voglia conservarci nella  
conoscenza di te ... e non fallire  
cosiffatta vita.

### Nag Hammadi, cod. VI. 7

We give thanks to You!  
Every soul and heart is lifted  
up to You, undisturbed  
name, honored with the  
name 'God' and praised  
with the name 'Father', for  
to everyone and everything  
(comes) the fatherly  
kindness and affection and  
love, and any teaching there  
may be that is sweet and  
plain, giving us mind,  
speech and knowledge:  
mind, so that we may  
understand You, speech, so  
that we may expound You,  
knowledge, so that we may  
know You. We rejoice,  
having been illuminated by  
Your knowledge. We  
rejoice, because you have  
shown us Yourself. We  
rejoice, because while we  
were in the body, You have  
made us divine through  
Your knowledge.  
The thanksgiving of the man  
who attains you is one thing:  
that we know You. We have  
known You, intellectual  
light. Life of Life, we have  
known you. Womb of every  
creature, we have known  
you. Womb pregnant with  
the nature of the Father, we  
have known You. Eternal  
permanence of the begetting  
Father, thus have we  
worshipped Your goodness.  
There is one petition that we  
ask: we would be preserved  
in knowledge. And there is  
one protection that we  
desire: that we not stumble.

ut nos velis servare  
perseverantes in amore  
cognitionis tuae  
et numquam ab hoc vitae  
genere separari.

Haec optantes  
convertimus nos ad  
puram et sine animalibus cena  
(*Asclepius* 41).

When they had said these things in the prayer, they embraced each other and they went to eat their holy food, which has no blood in it.

2. Haec et talis senectus veniet mundi: in religio, inordinatio, irrationabilitas bonorum omnium. Cum haec cuncta contigerint, o Asclepi, tunc ille dominus et pater, deus primipotens et unius gubernator dei, intuens in mores factaque uoluntaria, voluntate sua, quae est dei benignitas, vitiis resistens et corruptelae omnium, errorem revocans, malignitatem omnem vel inluvione diluens vel igne consumens vel morbis pestilentibus iisque per diuersa loca dispersis finiens ad antiquam faciem mundum revocabit, ut et mundus ipse adorandus videatur atque mirandus et tanti operis effector et restitutor deus ab hominibus, qui tunc erunt, frequentibus laudum praeconiis benedictionibusque celebretur. Haec enim mundi genitura: cunctarum reformatio rerum bonarum et naturae ipsius sanctissima et religiosissima restitutio percoacta temporis cursu (*Asclepius* c. 26).

3. Omnia enim mirabilium vincit admirationem, quod homo diuinam potuit inuenire naturam eamque efficere. Quoniam ergo proaui nostri multum errabant circa deorum rationem increduli et non animaduertentes ad cultum religionemque diuinam, inuenerunt artem qua efficerent deos. Cui inuentae adiunixerunt uirtutem de mundi natura conuenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, euocantes animas daemonum uel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisque mysteriis, per quas idola et bene faciendi et male uiires habere potuissent.

Auus enim tuus, Asclepi, medicinae primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Lybiae circa litus crocodillorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus (reliquus enim uel potius totus, si est homo totus in sensu uitae, melior remeauit in caelum), omnia etiamnunc hominibus adiumenta praestans infirmis numine nunc suo, quae ante solet medicinae arte praebere. Hermes, cuius auitum mihi nomen est, nonne in sibi cognomine patria consistens omnes mortales undique uenientes adiuuat atque conseruat? Isin uero Osiris quam multa bona praestare propitiam, quantis obesse scimus iratam! Terrenis etenim diis atque mundanis facile est irasci, utpote qui sint ab hominibus ex utraque natura facti atque compositi. Vnde contingit ab Aegyptiis haec sancta animalia nuncupari colique per singulas ciuitates eorum animas, quorum sunt consecratae uiuentes, ita ut et eorum legibus incolantur et eorum nominibus nuncupentur: per hanc causam, o Asclepi, quod aliis quae colenda uidentur atque ueneranda, apud alias dissimiliter habentur, ac propterea bellis se lassessere Aegyptiorum solent ciuitates (*Asclepius* 36-37).

4. Hermes in eo libro qui λόγος τέλειος inscribitur, his usus est verbis : ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὄρατὸν καὶ αἰσθητὸν (αἰσθητὸν δέ φημι οὐ διὰ τὸ αἰσθάνεσθαι αὐτόν, περὶ γὰρ τούτου, πότερον αὐτὸς αἰθάνεται ἢ μή, εἰσαύθις ῥηθήσεται, ἀλλὰ ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ εἰς ὄρασιν), ἐπεὶ οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἔνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγάσθη τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον ... Videlicet et ipse est Dei filius, qui per Solomonem sapientissimum regem divino spiritu plenum locutus est ea quae subiecimus : ‘Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua; ante saeculum fundavit me. ... cum pararet caelum aderam illi ... ego eram cui adgaudebat ...’ etc. (Pr. 8,22-31). Idcirco illum Trismegistus δημιουργὸν τοῦ θεοῦ ... appellat, quod tanta sapientia et virtute sit instructus a Deo Patre, ut consilio eius et manibus uteretur in fabricatione mundi. (Lact., *Div. Insit.* IV 6, 4-9).

Audi ergo, Asclepi. Dominus et omnium conformator, quem recte dicimus deum, quem a se secundum fecerit, qui uideri et sentiri possit – eudem secundum sensibilem ita dixerim non ideo, quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat an non, alio dicemus tempore), sed eo, quoniam uidentium sensus incurrit – quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum uisusque ei pulcher, utpote qui sit omnium bonitate plenissimus, amauit eum ut diuinitatis partum suae. Ergo, ut tantus et bonus, esse voluit alium qui illum, quem ex se fecerat, intueri potuisse, simulque et rationis imitatorem et diligentiae facit hominem (*Asclepius* 8).